

Johann Sibrand Adolph Friedrich Scertlingk

## **Discursus De Dominio Maris**

Rostochii: Kilius, 1674


**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746687389>**


Druck Freier  Zugang





K.K. — 2 (158.)





Q. B. V.  
DISCVRSVS  
*De*  
DOMINIO  
MARIS,

*Quem*  
Supremo Annuente Numine  
Consensu Magnifici JCsultorum Ordinis  
in Celeberrima ad Varnum Academia  
SUB CLYPEO  
*VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI*  
*atq; CONSULTISSIMI,*  
DN. JOHANNIS SIBRANDI,  
J. U. D. & P. P. EXCELLENTISSIMI,

DN. Fautoris Præceptoris ac Hospitis sui multis  
nominibus observandi,

Publicæ Eruditorum Ventilationi  
*In AUDITORIO MAJORI*

*subjicit*  
Ad diem VIII. April. A. M. DC. LXXIV.

*AUTOR.*  
ADOLPH. FRIEDRICH, SCERTLINGK,  
Gustr. Megapol.

---

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

SERENISSIMO, AC ILLUSTRISSIMO  
PRINCIPI ac DOMINO

D N.  
GUSTAVO  
ADOLPHO,  
DUCI MECLENBURGICO,  
PRINCIPI VETUSTÆ GENTIS HE-  
NETÆ, SVERINI, RACEBURGI, COMITI  
SVERINENSI, TERRARUM ROSTO-  
CHII ET STARGARDIÆ DY-  
NASTÆ

PATRIÆ PATRI GLORIO-  
SISSIMO

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO




hasce studiorum primitias

devota mente consecravit

ADOLPH FRIEDRICH SCERTL.  
A. & R.



QUOD BENE VORTAT!  
DE  
DOMINIO MARIS.



N Mare Domini Imperiive  
capax, nostro seculo à Clarissi-  
mis fuit disceptatum ingeniis, nos  
de tractata aliis quæstione, pauca  
hac vice carptim attingemus.

Cum autem directa fronte  
heic plerique pugnent Scriptorum,  
quibus tamen ex parte amor Pa-  
triæ magis fuisse studio cordique,  
quam ipsa videtur veritas; quo-  
rum autelignanos sese præbuere

H. GROTIUS & J. SELDENUS, *Alter fisci tum tempo-  
ris in Batavia Advocatus. Vir acuminis ingenii, Somnigena do-  
ctrina præstantia incomparabilis, quo eum maectat meritissimo elo-  
gio, Seld. de Mar. claus. l. 1. c. 2. penetrantis item iudicii & incom-  
parabilis eruditionis uti vocatur Strypmanno de J. Mar. part. 1.  
cap. 4. §. 16. p. m. 36. add. Baud. de Induc. Belg. lib. 2. p. m. 151.  
Dum in libello de Mari Libero, commerciorum in utramque  
Indiam jus Batavis suis vindicat, subinde animosius egisse vide-  
tur, & plus ultra progressus, cum non adeo ad rem pertinere vi-  
deri possit, Mare universum Liberum facere, ut liberè in Indias na-  
vigaretur: Neque necessum erat ea miscere, quæ colorem ha-  
bent,*

A

bent,



bent, cum iis, quæ argumenti possident vim; recte censente *Bæler. in Minoe. inque comment. ad Grot. 2, 2, 5.* Iubin repetente! Quamvis haud parum remisisse, in illustri illo de *J. B. & P.* opere, l. 1. c. 2. & 3. videatur, uti conferenti patescet. Alter Ictus Anglus, *Honos Britannia*, uti eundem adpellitat. *Grot. de J. P. & B. in adnot. ad 2, 2, 2.* qui variis scriptis eruditissimis. inmortale sibi nomen comparavit, dum patriæ suæ DOMINIUM MARIS BRITANNICI adserere studet, nimis tamen obsequutus aviditati humanæ in proferendis Imperii dominiique finibus.

Nec tamen uterque rem ipsam & cardinem rei quod attinet, suis destitutus defensoribus. Prior nactus vindicem *Theodorum Graswinckelium*, qui integris quinque libris *Vindiciarum Maris Liberi* sese Seldeno opposuit. *Stypmannum* item de *Jur. Marit. part. 1. cap. 4.* Ante illos *Ferdinandus Vasquius*. Hispanus, Senator Philippi III. Hispaniarum Regis celeberrimus, in *questionibus suis illustribus 2, 89, 30.* hanc sibi materiam illustrandam sumpserat, quibus non pauci accedunt, ex nostris *D. D. Ictissim. Franzkius Exerc. 4. qu. 1.* aliiq; plures.

Nec altera illa sententia suis caret suffragatoribus, ut frustra censet *Stypm. de J. Mar. l. 1. c. 4. §. 54.* cum etiam eandem sint amplexi *Thomas Rivius Historie Naval. Media l. 3. c. 37. & 38.* pleraque Seldeni argumenta in compendium redigens. *Jacobus Dionysii filius, Gotthofredus dissert. de Imper. Mar. ad l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. Strauch. dissert. de Imper. Mar. c. 2. Morisfort. in orbe Marit. l. 2. c. 10.* Nec non *Pufend. tum in Jurispr. sua Element. l. 1. def. 5. §. 7. seqq. tum l. 4. c. 5. vasti operis de Jur. N. & G. Horn. de Civit. 1, 3. 9. p. 316.* ut reliquos qui partim ad Grotium commentati, partim incidenter hanc ipsam pertractarunt materiam, silentio transmittamus, ita ut hodie verè communis *DD.* venditari opinio possit.

Titulum quod attinet, haud abs re erit quædam de ipso subijcere, qui aliis venit, nomine DOMINII MARIS, aliis IMPERII, aliis MARIS LIBERI, aliis MARIS CLAUSI, quem in Seldeno plures *DD.* reprehendisse notissimum est, quare & ipse motus in *prefat. ad Leiborem*, mentem suam explicuit, quinque satis fecerit, æquis rerum æstimatoribus, extra omnem dubitationis aleam

(3.)  
aleam positum esse censemus. Nos hac vice, DOMINI voce contenti esse volumus.

Quamvis autem Politici, Dominium & Imperium inter se non tantum ratione objecti, verum etiam regendi modo differre velint. *Horn. in Polit. Architect. 2, 3, 1.* ex quo etiam sua sumpsit *Hennig. ad Grot. 2, 3, 4. p. 388.* qui in eadem itidem opinione. Nos utrumque de Mari recte prædicari posse censemus, & quamvis Domini vox *ἐπιλόγηται* sit, notante *Rebhan. in suo bodog. jur. ad Tit. de Rer. divis. chart. 1. cl. 2. §. 20. p. m. 215.* Nos Dominium tale denotare dominium, quod proprietatem non excludat, censemus

Videndum autem hic ante omnia erit, *Sit ne Mare imperii dominive capax*, inde quod in primæva bonorum omnium communione perstitisse credatur, tum à Philosophis præstantissimis, tum à lctis quibusdam Clarissimis, qui serio id adstruere adlaborant. Nos, cum persuasissimum nobis habemus, talem communionem, nec existitisse unquam, nec existere potuisse, reclamante inprimis SS. & vita sociali, pluribus deducente *Pufend. Jurispr. Element. 1, 5, 17. p. 44. §. 2, 3, 6. p. 302.* Nec quicquam nos moveat, quod subjungit *Grot. potuisse durare, in eximia charitate magnaq; simplicitate persistentibus hominibus:* Nec quicquam insuper momenti afferat, exemplum *Americanorum, Essenorum, Primorum Christianorum, & Monachorum;* cum istis objectionibus satis sit factum à Theologis: Inspiciatur *Osiand. ad Grot. dict. 1. th. 2. obs. 2. p. m. 653.* An autem excusationem mereatur, quod *protoplastos comparet cum Scythis aliisque populis Barbaris*, forte non sine maxima causa dubitari possit, cum teste SS. instructissimi fuerint, tum scientia, tum prudentia civili & regnatrice, ut jure merito primus parens, primus Philosophorum dici possit; inspiciatur *Suidas voce Adæm.*

Non melioris videntur commatis quæ de aureo proferuntur seculo, deque gradibus depravationis; magis ad hypothesein poetarum ex Platoni philosophia id mutuantium, quæ spectant, *vid. Lactant. instit. divin. 5. 5.* Causas quas numero *tertio, §. 2.* profert. exque illo *Styppm. dict. tract. part. 1. cap. 4. §. 4. p. m. 34.* ob quas homines à primæva illa vult discessisse fictitia communione

ex homine bestiam faciunt, uti recte monet Felden. in annot. ad Grot. p. m. 93. quæ non tollere videntur, à *Grafvvinckel. in stri-ctur. p. m. 101.* adversus hæc in medium prolata. Accedit, quod posita communione, tollatur omnis Respubl. in qua distinctio dominiorum omnino necessaria, quod etiam agnovit. *Arist. Polit. 2, 3.* contra Platonem ex hoc capite differens, inde quoque *Lactant. 3, 21.* communionem istam bonorum impossibilem & injustam ostendit.

*Si omnia argumentatur porro Osiand. ad Grot. d. 1. p. 652. de jure naturali communia essent, proprietates omnino repugnet juri natura, adeoque esset illicita [maximè si supponatur communionem illam esse juris naturalis positivi, quod mutari non potest per §. 11, Inst. de J. N. G. & C.] Nec ambiguitatē refero verba Ictissimi Strauchii, de Imperio Maris. cap. 1. §. 8. tollere videntur, qui negative fuisse communia adstruunt, quatenus natura ipsa, nulli privato, alicujus rei applicuerit dominium.*

Quis demum non videt, sublata proprietate, omnes ferè tolli virtutes, Liberalitatem, Gratitude, beneficentiam, aliasque plures; imo quid de septimo fiet præcepto, quam legem esse moralem, omnes omnino refringentem homines, à nemine hæcenus dubitatum vid. *Philipp. Melancht. Epitom. Philos. Moral. p. m. 167.* cum autem fufius hanc tractent materiam tum *Theologi* tum *Moralistæ* ad dictum septimum præceptum, ad illos brevitatis studio remittimus.

Hæc ipsum sequentes porro probatum eunt rationes, quod ad nullam communionis veram speciẽ, pristina illa, quam vulgo prætendunt referri communio possit; dupliciter enim omnino res communis esse potest, l. ita, ut proprietates apud plures pro indiviso sit, usus autem singulis communis, ut in foro, Theatro est videre. §. 6. *Instit. de R. D.* vel etiam ita, ut proprietates plane nullius sit, usus autem promiscuus, ut in aère cernimus. §. 1. *ibid. de R. D.* non priori modo communio fuit, quia Adamo totius universi dominium concessum, nec ulla prorsus suadet ratio, cur non Adamo, ut individuo, sed ut speciei generis humani, dominium traditum adferamus, cum à proprietate vocum facile & sine prægnantia causa non sit recedendum. *Pufend. de offic. hominis & civis juxta leg. Natural. 1, 17, 2. p. m. 145.* Nec

Nec ad secundam communionis speciem verius referri poterit, quia utique non nudum usum, sed verum dominium translatum esse ipsa traditionis formula. *Genes. 1, 28. & 9, 2.* satis sufficienterque indicat; quin imo statim in filiis Adami, Caino & Abele distinctio dominiorum adparuit. *Genes. 4. v. 2. & 3.* quo etiam sensu Noachus orbis pariter terrarum ac marium possessor dici videtur *Georg. Horn. in Arca Noë p. m. 35.*

Ast cum nec dū nodus à ICTis. quibusdam qui objicitur, solutus videatur, statuentium rerum dominia cœpisse jure gentiū secundo; divisione, occupatione, nec non usucapione; neutrum autem de Mari, uti in pristino suo jure relictum, posse prædicari, cum naturali jure sit commune *test. Duaren. ad Tit. de R. D. c. 1. p. 15.* dum natura omnibus pateat, inque nullius pervenerit dominium. *teste Neratio l. 14 in princ. ff. de Acq. R. D.* pluraque veterum Juris consult. loca larga propinavit manu *Grot. de M. lib. cap. 5.* Verum, quin & juris nostri principia possint sarta manere testā, hac ipsa rejecta communionē nulli dubitamus; cum textibus juris Civilis, quid juris naturæ l. gentium sit, probari firmiter nequeat, quod satis evidenter ad oculos demonstrat. *Grot. de I. P. & B. 2, 8. Secundo* cum Imperator §. 1. *Instit. de Oblig. qua ex del. nasc.* jure Naturæ furta prohibita dicat, sequitur, quod etiam natura aliquod sit dominium, cum furtum non sit nisi rei alienæ. Tertio non sequitur, distinctio dominiorum adscribitur juri Gent. Erg. non est juris Nat. Quia (1.) Jus Gentium in jure nostro pro jure naturæ ponitur *tralatitium est §. 11. Instit. de R. D. & §. 41. ibid.* Quia (2.) alteram juris gent. speciem, primævum sc. denotare potest, quod cum jure naturæ idem prorsus. (3.) Quia potest ab adprobatione & meliori reformatione, quam à jure Gent. habet, eidem adscribi, cum tamen à jure naturæ sit inventa, & originem ducat, id quod in jure nostro non infrequens, vid. *Franzk. Exercit. 1. qu. 6.* & quia (4.) jure nostro universalis omnium bonorum communio nullibi legitur probata, particularis vero quarundam rerum, suo modo defendi potest, distinctione elegantissima, quam habet Eckold, in *Compend. Pandect. Expos. ad Tit. de A. R. D.*

Destructa E. illa fictitia communionē, dicendum videretur.

dari aquarum, Maris, & littorum proprietatem; non usque adeo attenta distinctione, à quam plurimis adlata, respectu totius & partis, licet videatur non contemnenda illa, inter id quod fieri possit & conducat, exq; re mortalium esse videatur.

Qui proin dominium imperiumve maris statuunt, sequentibus solent uti rationibus: petito (1.) argumento *ex concessione divina*. Numen enim divinum, creato homine, eundem rerum creaturarum fecisse dominum, quod ex loco *Genes. 1, 26. & 28. & 9, 2.* patere credunt. Non autem solum ferarum & volucrum, sed & piscium, perque consequens etiam ipsius elementi, in quo continentur, factum dominum: idem testari *Psalms. 8.* aliaque scripturae loca, prolixissime à *Seld. M. Cl. 1, 6.* adducta. Quae an sint adeo ficulinea, ut censet *Stypm. de J. M. 1, 4, 80. p. m. 44.* in conflictu adparebit. In eo sane *Seldeno* adstipulari nequimus, quod usum fructum saltem velit hominibus donatum, cujus donatione, ipsa res videatur concessa, cum juris nostri repugnet principiis, v. *Ziegl. ad Gr. 2, 2, 1. p. 216.* Sed audiemus *Pufendorf.* hac de re sermocinantem in *Tract. de J. N. & G. 5, 4, 5. p. 48.* *Concessioni divinae, quo homini jus in terra capessendi imperium fuit indultum, etiam mare adjungi. Aequè dicitur, dominamini piscibus maris, quam animalibus terrestribus; In animalia autem imperium intelligi non potest, nisi simul jus sit Elementum, quod illa inhabitant, prout ejus admittit natura, usurpandi. Etsi vero & volucrum caeli fiat mentio; tamen cum in aère homini versari sit negatum, ita ut a terra sit disjunctus, soli aeri innixus; ideo imperium in aërem exercere non potuit, nisi quo usq; qui in terra stant pertingere queant. Verum ut in Mari dominium longius exerceri possit, effectum est per naves, ad summam perfectionem jam perductas, quae non oneribus tantum transportandis inserviunt, sed & per Regna Neptuni, Martem terribili magis specie, quam per terram idem deservit, circumferunt. add. eund. Element. Jurispr. Univers. 1, 5, 7. p. m. v.*

Gentium (2.) populorumque attestatione adprobationeque. *Principes,* (verba sunt *Ambros. l. 12. hexaem. c. 30*) *spatia maris sibi vendicant jure mancipii, dividunt sibi Elementa,*  
poten-

(7.)

potentes. vid. *Gothofred. ad l. 9. ff. l. Rhod. de jact. cap. 7.* Sic fabulosa prodidit historia, Neptunum, qui Noachi creditur filius, dominium fuisse naclum maris. *Seld. de M. Cl. 1, 2. Voss. de idol. Gent. 1, 15. p. m. 118 ex Diod. Sic. l. 6. c. 15. p. m. 155. Strauch. de Imp. Mar. c. 4. §. 1.* Verior autem historia de Minöe, vid. *Böckl. in Minöe.* qui primus, quantum ex historia est elicere, sibi maris comparavit dominium. *Thucyd. l. 1. pr. p. m. 3. Euseb. ad A. M. 2575.* aliique hujus imperium unanimiter laudant Scriptores, & tanquam rem meritis ejus debitam extollunt. Alia exempla populorum & Gentium mare suum facientium recenset, *Seld. M. Cl. A. cap. 9. ad 20. qui etiam 1, 2. ab antiquis temporibus, Britannis, Oceani competiisse dominium Britannici, probare adlaborat, merito ea propter impetitus à Pontano. vid. Stypm. dist. 11. part. 1. c. 6. §. 202. seq. p. 95.* Variarum autem Gentium historiam nescit *Morisot. l. 2. cap. 20. Seqq.* nec non ante laudatus *Stypm. part. 1. c. 6. per totum. De dominio Maris Adriatici, Venetis competenti, legi meretur Kirchman. de annul. cap. 19. p. m. 210.* ubi etiam recenset morem Venetorum sibi mare desponsantium, quem etiam refert *Hilar. Pyrckmäier. in comment. de Arte Apodem. fol. m. 17. b. Seld. de Mar. Cl. 1. 16. p. 132. aliique;* Nec tantum dominos sese professos, sed etiam contra alios defenditasse, constare.

Nec videri (3.) ab hac abire jus civile, cum mare dicatur publicum §. 5 *Instit. de R. D. l. 13. §. 7. de injur. l. 2. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. 2. l. 5. ff. eod.* Celsum lectum. littora, quæ ejusdem juris cum mari censentur, populi Romani esse, signatè tradere. *l. 3. ff. ne quid in loco publ. quæque id genus alia, quibus de Strauch. de domin. Mar. cap. 3. §. 3. seqq.* Inprimis autem stare pro hac sententia: *l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. in qua explicanda tot sese exercuere ingenia præclarissima. Grot. in flor. spars. p. m. 137. Seld. de M. Cl. 1, 25. Petit. Miscell. 3, 11. Gothofred. integrorr. ad b. l. Pontan. 2, 14. Salmas. de mod. usurar. c. 5. p. 99. Vinn. ad Beck. de Re Naval. p. m. 275. Strauch. de Imper. Mar. c. 3. §. 6. aliique:* qua ex lege, quadrivariam Maris imperium probari volunt. (1.) quod Antoninus leges dicere voluerit navigantibus. (2.) Se Eudæmoni succurrere posse, etiam sine Rhodia lege profiteatur. (3.) inter Eudæmonem & servos publicos controversiam dijudicari jubeat.

(8.)

jubeat. (4.) Eatenus leges Rhodiorum admittat, quatenus suis non adversentur.

Accedere (4.) tot Imperatorum actus exercitos, Minois superius injecta mentio, unde etiam patet, minus convenire cum vero quod *Grot. de J.P. & B. 2, 3. 90. ejusq; fidelis exscriptor Stygm. de I. M. part. 1. cap. 5. §. 5. p. m. 51.* statuunt, ante Justinianum Mare non fuisse à populis occupatum; Sic Leonem Imperatorem credidisse dominium Maris ad se pertinere, *Nov. ejus §6.* indicio esse poterit. Rolandum Maris Britannici praefectura fuisse gavisum, testatur *Eginhàrd. in vita Caroli M. p. m. 13. Exq; illo Wagner. in chronic. Carol. M. p. 5. vid. Gryphian. de Weichbild. c. 8. §. 8. p. m. 17. ad stipulari constit. Carol. V. Arsic. 218. pr. ap. Goldast. tom. 3. consil. Imp. fol. 559. & Ferdinandum II. Fridlandia ducem Imperatorem constituisse Oceani Marisque Baltici.*

Naturalem (5.) postulare aequitatem, ut commoda cujusque rei sequantur eum, quem sequuntur incommoda. Cum ergo sumptus teneantur facere in Maris securitatem, navigandique commoditatem: specula extruendo; portusque navigantibus tutos reddendo, ut commercia eo magis efflorescant; cohibendo piratarum incurfus; coercendo praedas, tutando sinus; tonnas fabricando, ponendo lumina, idque genus alia; neminem jure merito invidere posse, quin commoda piscationis aliaque sibi vindicent.

Constare (6.) Mare cohaerere cum territorio, arctissimoque esse juncta vinculo, ut territorium mare quasi bibat, mareque territorium lambat & exedat, modo avellendo modo adjiaciendo partem. *Scritmeier. Specul. polit. qu. 29.* Publice etiam (7.) interesse, Mare Liberum non esse, cum publica id poscere videatur utilitas, ut quisque Regum & Principum, Mare suum à piratis aliorumque tutum reddat iurisdictionibus, fatis hoc testatum reddere exemplum Americanorum, qui si curam maris gessissent, nunquam tam miserrimam fuisse passos servitutem.

Neminem (8.) esse tam imperitum rerum publicarum, quin cernat ingentem ex Mari redundare utilitatem, tum ratione piscationis, tum navigationis, tum aliarum variarum insuper utili.

utilitatum, quod passim de civitate maritima qui scripsere, testatum reddiderunt: hinc Maris esse sequutam præscriptionem & usucapionem, qua de Icti & Autores passim ad materiam usucapionis, hinc REGEM DANIÆ jus suum adversus Vandalias fuisse tutatum urbes. VENETOS Mare Adriaticum, aliosq; populos suum jus.

Contrariæ opinionis adsertores objiciunt. (1.) *Psalm 95. vers. 5* aliaque sacræ scripturæ loca, quibus imperium Maris Numini supremo adseritur. Verum cum hæc talia vix mereantur Responsonem ad publicum ablegamus conflictum. Quis enim adeo demens, ut maris æquæ ac terræ Eminens Dominium Supremo denegaret Numini? *Pontan. discusf. histor. 2, 2. eumq; sequutus Loccen. de J. Mar. 1, 4, 3.* censent, distingu. inter Mare totum & partem; totius Dominium, Numini attribuendo, partem autem etiam ab hominibus occupari posse. Quibus tamen ex asse satisfactum à *Seld. M. Cl. 1, 6.* Quæ adversus reliqua domini capita passim objici solent, vix istius commatis sunt, ut adponi mereantur.

Verum enim vero, quamvis ex rationibus hæctenus adductis satis DOMINIUM MARIS probatum videri posset, non tamen pauciora argumenta in medium ab iis adferri sivevère, qui mare omnino Liberum, suiq; juris, persvalissimum sibi hæctenus habuere, quæ in seqq. examinanda venient: quidq; responsonis adferri ex parte contraria possit & soleat. Mare proin dici *commune* tralatitium est. *Mare* inquit *Stypm. ex Grot. 2, 3, 9. p. 127. omniū commune dicitur, & uti Paraphrastes Theophil. §. 1. de R. D. p. 146. ait Κοινὸν πάντων ἀνθρώπων, quod explico, ut sc. à neme privato, l. uno populo, totum occupari possit. quæ quæ inibi seqq. proponuntur §§. Respondetur autem; commune quid multis dici modis, not. *Rebhan. in hodoget. jur. ad tit. de R. D. Cbart. 1. Cl. 2. §. 5. p. 191.* vel enim *negative* dicitur, quod sc. plane, & sui natura nullius est; vel *privativè*, quod quidem nullius est, ita tamen à natura comparatum, alicujus ut esse possit, & *positivè*, quod quidem re vera alicujus est, usus tamen illius jure G. communis permaneat. *Negative* ergo vel *positivè* Mare sumptum, commune esse negant; *Privativè* concedunt; vel unum idem-*

B

que



que diverso respectu, & commune dici posse & publicum; ita flumina quatenus inde haurimus aquam, recte communia dici, quatenus autem in illis navigamus aut piscamur publica esse, notante ex *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 20. tb. 1. lit. E. Ziegler ad Grot. 2, 2, 12. p. 233.* Vel cum *Strauch. disert. Justin. 6. aph. 2. in nullius dominio esse, non quasi in primæva communione perstitissent, sed quia natura sua in proprietatem describere non potuerint, adeo, ut omnibus animalibus manserint communia ad usum necessarium.* Verum hac de re, cum superius sit actum, erambem bis costam non adponemus, & facile quidem sic concesserimus *Stypmanno*, posse à privato quidem partem occupari per *l. 13. in fin ff. de injur. l. 14. ff. eod. Novell. Leon. 56.* in occupatam & possessam testantur exempla *Luculli & Sergii* apud *Grot. de J. P. & B. 2, 3, 10. p. m. 128.*

Nec esse quod (2.) objiciant, cessare causam, ob quam à communione discessum: *Grot. de M. Lib. c. 5. Stypm part. . c. 4. §. 37. (seqq. p. 39.* Cum constet satis, talem nunquam existisse communionem, uti & nos supra innuimus, proin non *Eotis*, nullas juxta Philosophos esse adfectiones & qualitates. Quod (3.) nec occupationem nisi in re terminata procedere velint, liquida autem per se non terminentur. vid. *Grot. de M. L. c. 5. Stypm diff. tr. part. 1. c. 4 §. 47. seqq. Resp. Ziegler ad Grot. 2, 2, 3.* per instantiam. *Nec vinum nec lac meum esse posse, nisi quatenus in vitro aut vase, continens a. nihil facere ad naturam contenti, cum etiam meum vinum in alterius possit esse vitro, ex quo sua repetit. Hennig. ad Grot. l. supr. cit. p. 362. Osiand. ad. diff. Grot. l. p. 666.* duplici porro negat ex argumento (1.) quod committatur *μετὰ βασις ἀς ἀδο γέν* &, id quod etiam adstruit *Feld. ad Grot. p. m. 98.* Nec rem tollere videntur, quæ *Grasw in strict. p. m. 104.* in medium protulit. (2.) Liquida etiam per se terminentur. *Add. Pufend. de J. N. & G. 4, 4, 6. p. 482.*

Nec (4.) majoris esse momenti, quod terram mari contineri velint, cum contrarium sit longe verisimilius, ubique cum habeantur littora. §. 3. *Instit. de R. D. l. 96 l. 112. ff. de V. S. littora autem esse terminos, in quibus mare contineatur.* vid. *Hennig.*

*sig. d. l. Stypm. de J. M. part. 2. c. 1. §. 80. seqq. p. 195. idq; etiam in sacra adprobari scriptura. Hiob. 38. vers. 18. Proverb. 8, 29. Psalm 104. vers. 9. Jerem. 5, 22. aliisq; locis. Hinc terram, veluti magnum quendam esse alveum, Mare continentem, vult Seld. de M. cl. 1, 22. Quod (5.) Grot. de M. L. c. 5. d. 1. velit, Mare terra esse majus, petitionem esse principii, cum nondum satis hac de re constet inter Cosmographos, cum plures adhuc dum incognitæ regiones sint teste Job. Baptist. Ricciol. in Alma- gest. nov. Tom. 1. part. 1. l. 2. c. 14. vid. Ziegler d. l. Michael porro Zanardus Bergomas ex Urguano, prolixè hac de disputat quaestione. Osiand. d. l. p. 666. Stypm. part. 2. c. 1. §. 80. p. 195. Imo & Elsdra habenda fides, Mare septimam duotaxat constituit partem lib. 4. c. 6. vers. 42. cui etiam ad stipulatur Salian. Annal. Eccles. V. T. Tom. 1. die tert. n. 6. vid. Merian. Archontol. Cosmic. latè hac de re differentè. Philosophi quoque veteres Mare pro parte terræ habuere. Laurenb. in acerr. Phil. cent. 1. histor. 3.*

Nec (6.) Scopum ferire, quod Grot. de M. L. c. 5. Stypm. part. 5. c. 4. §. 49. certos non statui terminos, ex Ambros. Hebraicæm 5, 10. Geometram audivimus, Thalassometram nunquam audivimus, velint; cum lippis sit & tonsoribus notum, Mare æque admittere dimensionem atq; terram. Cum Hieron. de Mont. tr. de finib. regund cap. 1 § 7. Terminos in cælo & aère positos esse tempore Alexandri VII. Papæ, inter Lusitanos & Castellanos probatum eat. vid. Seld. de M. Cl. 1, 22. Nihil obstat, inquit Scriemeier. quin universus Mundi Oceanus, beneficio graduum longitudinis & latitudinis, non solum in intellectu & mapis, sed etiam re ipsa possit discerni, quod etiam ex linea patet. Speculi polit. qv. 19. p. 332. & Ziegler. ad Grot. 2, 3, 8. ut maxime termini aliqui in ipso mari non inveniuntur, possunt tamen illi ex cælo & ejus circulis definiri, qui non magis fallere, quam limites alii in terra, aut insula, aut promontoria ad mare, possunt. Qua ratione pactum etiam iniri potest, ut non liceat alteri populo ultra lineam æquinoctialem, Tropicum Cancræ & Capricorni, navigationes instituire. Hinc ergo patet, contra Styp. de J. M. 1, 4, 49. p. 40. finium etiam regundorum jus in mari

posse obtinere. Nec est quod metuat *Grot. de M. L. c. 5. p. 37.* quod si dimensio talis ad possidendum valere debeat, jamdudum nobis Geometrae terras, astronomietiam coelum eriperent. *vid. Strauch. de Imp. Mar. c. 2. §. 6.* qui ulterius inibi demonstrat, Frustra esse *Styrm. loco supr. laud.* quod æquatorum, tropicos & similia, plus nautis servire, quam Dominis velit.

Nec majoris esse momenti, quod *Styrm. 1, 4, 50.* velit, mare claudendo mutuas tolli benevolentiae occasiones, bellaque inde orta, quod apud alios degere, peregrinarique prohibitum. Cum Dominium Maris non majus possit dare impedimentum commerciis, quam dominium terræ, in Principum quæ dominio & nihilominus liber accessus & recessus patere potest; Et sic eadem videmus negari hæc facilitate, quam adstrui, imo sæpius arctioribus foederibus præbuisse occasionem, locupletissimo poterunt esse testimonio, comprehensi in foedere *Hanseatico*, aliorum ut Principum exempla, passim existantia, sicco prætereamus pede. Dist. porro inter id, quod per se & per accidens sit; Quod (8.) Testimonia concernit Poëtarum, quæ & hic, magno conatu ad ferri amant, magnumq; videntur adferre momentum posse. *test. Grot. in Prolegom. aurei sui operis*, cum superius jamdictum aliquid sit, hic præterimus; Consuli interim poterit *Strauch. de J. Mar. c. 1. §. 4.* Cum aliorum heic expilare scrinia, nec temporis, nec propositi admittat ratio. Juris-Consultorum opera, cum & heic (9.) magni à plerisque æstimentur, non tacito prætereunda pede. Verum planissime cum illa inter se pugnent, autoritates auctoritatibus opponere, tam facile foret, quamquod facillimum, *Sixtin. de Regal. 2, 4, 97. Donell. Comment. 4, 16. Franzk. opponi posse Struvios, Strauthios, Seldenos, aliosque non minus probatæ autoritatis viros. Verum, cum non tam inspiciendum, quis dicat, quam quid dicatur, & heic manum de tabula abstinuisse satis erit.*

Ficulnea præterea (10.) videri argumenta, quando ex SS. adducunt. *Psalm 8. vers. 9, 72, 8. 79, 10. 115, 16. Zach. 9. vers 10. vid. Loccen. de J. Mar. 1, 423. Franzk. exercit. 4. qv. 1. Scriver. Specul. polit. qv. 19. p. 329.* Verum cum hac de re superius

perius sit actum, hic actum agere nolumus. Quod (11.) Mare inexhaustum, immensa quæ magnitudinis, indeq; inoccupabile existiment. vid. *Grot. de M. L. c. 5. & de J. P. & B. 2, 2. Stypm d. tr. Resp. Ziegl.* eo magis divisioni aptum, cum cæres sui suadeant communionem, quæ divisæ, nemini sociorum sufficere possint, quod exemplo terræ & candelæ demonstrat. *p. m. 225. Ofiend ad Grot. 2, 2, 3. p. 665. Hennig p. 359. Scritm. spec. pol. qv. 29. p. 332. ad §. 4. Pufend. de J. N. & G. 4, 5, 6. pag. 483.* Quamvis enim concedatur inexhaustum, innoxiaq; utilitatis mare esse, quantum ad Navigationem; sunt tamen præter hos, alii quoq; usus Maris, qui partim non penitus sunt inexhausti, partim populo, Maris accolis occasionem damni præbere possunt. *idem d. l. §. 7.* Quod (12.) nec occupari possit, nec unquam occupatum ab aliis venditetur, falso inniti hypothesi. Cum autem superius hac de re dictum, adquiescimus. Nec (13.) Scopum ferire, quod fluxile & inconstans, cum flumen in alicujus dominio quod æq; fluxile & inconstans, esse possit; Eadem autem ratio maris ac fluminum. *Scritmeier Specul. Pol. qv. 29. p. m. 332. ad §. 6.*

Nec ab omnibus (14.) pariter admitti, quod *Grot. de I. B. & P. 2, 3, 8. & 10.* sibi concedi postulat, tantum sc. posse occupari Mare, quando se habet ad terram ut portio quædam, cum eandem supervacaneam judicet *Pufend. de J. N. & G. 4, 5, 6. p. 483.* Si enim, pergit, *populus aliquis ad ripam fluminis confæderit tractu longo, non lato, flumen in comparatione terræ non erit exiguum quid; & tamen puto, hoc ipsius proprietati, nihil obstabit: Sic regna dantur, quæ à suis provinciis & appendicibus longe superantur.* portionem porro illam determinant ex vicinitate; quousque autem se illa extendat, haud in expedito, cū *Barrolo vicinum dicatur, ut exaudiri vox clamantis possit, ad l. 6. pr. ff. de aqu. plu. arg. l. 1. §. 27. ff. de Sc. Syll. Nov. Leon. 71.* vicinitas definitur, in quantum telum ab arcu mitti potest. Aliis placuit longitudo à litore ad 100. Milliarum. *Siruv Synt. J. Feud. c. 6. th. 7. num. 1. seqq. Heig. l. 2 qv. ult. num. 56. Klock tom. 1. conf. 5. num. 9, 11. Besold. thes. Pract. v. Sischerey/ p. 255. Caspoll. de S. P. R. Tit. de Mar. c. 26. vers. 10.* aliis duorum dierum

iter. Hieron. de mont. Brix. de finib. reg. c. 7. n. 12. seqq. quandoque ad 60. milliaria extensam fuisse, probat Bodin. de Republ. 1, 10. in causa ducis Allobrogum. vid. Stypm. de J. Mar. part. 1. s. 5. s. 1. seqq. p. m. 56. Pufend. de I. N. S. G. 45, 7 p. 484. Ziegler. ad Grot. 2, 3, 10. pag. 246. Posse autem occupari, quousque majestas vult & decernit, Statuit Ziegler. ad Grot. 2, 3, 11. pag. 247. Achilles v. Ebstein in annot. & disc. ad Horn. polit. Archi-lect. 2, 3, 7. p. m. 375. quousque illud populo alicui soli inservire, & alii ab ejus usu arceri possint.

Uti nec 15. quod idem Grot. de J. P. & B. 2, 3, 13. modum occupandi Imperii Maritimi, ratione territorii, illi tantum vult esse, quatenus ex terra cogi possunt, qui in proxima Maris parte versantur, cum maxime heic varient Autorum sententia.

Perlustratis utriusque partis rationibus, *judicium* quod Ethna gravius judicat Pontan. in *prefat. discusf. histor. de re ipsa ferendum esset*. Alii sibi persvalum habent, dissentientium opiniones facile posse conciliari, adhibita distinctione inter Imperium Maris universale & particulare Loccen. de J. Mar. 1. 4, 3. verum hanc divisionem ad litem tollendam sufficientem, haud esse, vel inde satis patescere poterit, quod Grot. tum in *dict. tract. de M. Lib. tum de J. P. & B. ejusque ad secl. expresse statuunt*, Mare, nec ratione totius, nec ratione partium principalium occupari posse. Seldenus contra, occupationem totius urgeat, tum aliis rationibus, uti dictum, tum *argum. l. 2. de O. J.* quod occupatis sc. partibus, occupatum censeatur totum; Quod tamen sine grano salis, vix aliquis cordatior admiserit. Nec scopum ferit, quod ex S. S. demonstrare quidam velint, Mare ratione totius esse Domini, cum æque id de terra pronunciari poterit, uti superius quoque inuimus. Magis probari fortè sententia possit Pontani, media sicque regia incedentis via, atque adferentis, nec Liberum esse Mare, nec etiam claudì quodcunque posse, si, quid conducat generi humano, consideremus; cum uni populo totius imperium universi non profit, cum idem esset, ac si quis velit generalem & universalem totius Orbis statuere Monarchiam, quam omnes dubio procul judi-

judicaturi essent & illicitam & impossibilem. *vid. Boecler. ad Grot. 2, 2, 3, p. m. 53.* Nemo interea sanus negaverit, per partes & orbem occupari posse, fereq; esse occupatum. Nostrum ergo quamvis non sit, inter DD. tantam componere litem, nulli tamen dubitamus adserere. *Mare private Imperii capax esse, & rationes superius adlata, satis hoc testatum faciunt. vid. hac de re Pufend. de J. N. & G. 4, 5, §. 9. §. 10. p. 487. seqq.*

Cum inter DD. non leviter disceptetur, *quid juris, si due civitates eandem Maris partem sibi vindicent?* non extra oleas nos divagari crediderim, si paucis examinemus. Primum Erg. hic videndum fuerit, an aliqua præcesserit occupatio, quæ omnino observanda fuerit, cum occupatio justus si modus acquirendi. Si autem duo in occupatione occurrerint, difficilioris fuerit decisionis, quamvis & heic dubitari nequeat, pactis rem esse determinandam, quantam quisque portionem sibi habere debeat. Rarissime autem videmus, talia sine armis solere finire, id quod tot bella maritima, satis eunt testatum.

Acquirendi Dominium Imperiumve modi, uti ex Jure constat, varii, *sunt a. vel naturales, vel jur. Gent. vel Civilis.* Quamvis *Grot. de J. P. & B. 2, 2, 3, 3,* duplicem faciat, divisionem sc. & occupationem. *Occupatio* autem est modus naturalis, & consideratur tum in actu primo, uti Philosophorum loquuntur filii, tum in actu secundo. Cum enim facultas possidendi, primis nostris parentibus sit concessa, quam etiam transmissere in posteros: de actu secundo, itidem ex dictis patet, ubi demonstratum Gentes maximas partes Maris occupasse, & sic suum fecisse. Quæ occupatio rursus capit, quod vacuum esset à possessione & sic occupanti cederet, quod in migrationibus gentium in primis videre est, quibus de *Laz. de migrat. Gent. add. Bernecc. qu. ad Tacit. 3.* quo jure Veneti feruntur domini fuisse redditu Maris Adriatici. Alia autem Bellica, quomodo Minos Cretici Maris factus dominus, eiusve occupationum exemplis, omnis ævi referata historia. Ad modum derivativum refertur accessio, qui modus *Jur. Gen. c. vid. Tit. Inst. de R. D.* inde Dominus vicinæ continentis, Maris adluentis efficitur Dominus *l. 9. ff. de judic. ubi DD.*

*DD. communiter.* ex quo adparet, ex sola occupatione adjacentis terræ, præsumptionem pro occupatione militare, nec opus esse declaratione, seu vult *Grot. 2, 3, 11.* Cui more suo subscribit *Styppm. p. 1. c. 5. §. 48. seqq. p. m. 55. vid. Capoll. de S. P. R. Tit. Mar. c. 26. n. 12. & 3. Ziegler. ad Grot. 2, 3, 11. p. m. 246 seqq. & ex eo Pufend. de J. N. & G. 4, 5, 8. pag. 486. Osiand. ad Grot. d. l. p. m. 704.* Ex jure civili Usucapionem s. præscriptionem justum, itidem parare titulum videtur velle *Grot. 2, 4. add Styppm. de J. M. part. 1. c. 5. §. 31. p. 53. Capoll. de S. P. R. c. 26. §. 5. seqq. Conring. de finib. Imper. c. 19. p. m. 360. Hugo de Roy de eo quod justum l. 3. tit. 2. articul. 3. p. 237. Seld. M. C. 1. 26. v. Vasq. illustr. quest. 2, 51. 28. p. 420.* Exemplum Jephtæ, aliaque in medium producta, rem non videntur exhaurire, satius proin fuerit hunc modum insufficientem ducere, imperii enim adquisitio, Regulis privatæ acquisitioni præscriptis, subjici nequit. *Consulatur Osiand. ad Grot. d. l. Hennig. ibid. p. 395.*

Ulti autem armis acquiritur dominium, ita iisdem rite conservatur, cum teste *πλιπρωτάτῃ Tacito.* imperia iis artibus facillime retineantur, quibus initio parta. Qui exemplis ista confirmare vellet, soli lucem in ipsa meridie fanerari velle, jure merito censeri posset. Hinc Romanos semper instructam habuisse classem, notum est. *vid. Laz. Bayssum de Re. Naval. Lips. de Magnitud. Rom. 1, 5. Notit. utriusque imperii aliosq.* Hinc Magistratus per mare creatio, quem ADMIRALIUM vocant hodie, cura cui Maris & Classis incumbit, inque civitatibus maritimis maximo quem videmus esse in honore. *vid. Seld. in M. cl. 2. 14. Locc. d. J. Mar. 2, 2. de Admiratio Regni Franciæ. Limn. in Notit. Regn. Franc. 2, 59. p. 1056.*

*EFFECTUS Imperii maritimi varii.* Nos habita ratione propositi nostri, summa quantum maxime brevitate fieri poterit, percurremus capita. Merito huc refertur *Jus Piscandi*, de cujus incunabulis. *Pufend. de J. N. & G. 4, 5, 8. pag. 485.* Quin autem dominio Maris qui gaudet, sibi hoc solus adscribere, aliis subin remotis, minus facit dubitare, quod *Jus Piscandi* hodie inter *JURIS MAJESTATIS & REGALIA* sibi locum quendam vendicet, uti est

vi-

videre apud Politicos, & de jurib. Majest. qui in lucem quid emisere-  
runt: vid. Horn. in sua Polit. Architecton. 2, 3, 9. p. 316. seqq. Aschaff.  
cons. pro arar. cl. 6. c. 18. O. 560 p. 234. Hinc etiam civitas Maritima,  
Piscatū ordinare solet, imo sæpius cruenta inde orta bella, vel præ-  
sens seculum satis superque testatur. Imprimis autem de Halecum  
Captura, varias inter civitates extitisse dissensiones, vel hoc se-  
culo aliquoties reiterata bella, inter Batavos & Anglos pro-  
batum reddunt: illa autem Halecum captura, cum olim circa  
Insulam Rugiam celebris fuerit, postea ad Scanien ses abiit, is-  
de ad Norvegos, à quibus ad Scotia Angliæque oras migras-  
se, adnot. Isaac. Pont. histor. Danic. l. 6. pag. 242. & discussionum  
historicarum, 1, 18. Primus vero, ut obiter hoc notemus, artem,  
mura piscem hunc condiendi, invenisse traditur Gwilelmus  
Buckell, Belga, circa A. C. 1416. Ex Civitate Bierfiet, quod ho-  
minis inventum tanti fecisse Carol: V. Imperat: ut cum anno  
superioris seculi 56. illuc adpulisset, cum sorore Maria, Hunga-  
riæ Regina, sepulchrum ejus adierit, ac ipsius manibus pro in-  
vento isto gratias egerit, refert Bunon; ad Cluver. 2, 19. 1. lit. o.  
p. 156. De periodo piscatus legi meretur Cambdenus in Britan-  
p. m. 584. Quo jure autem Batavi Halecum Capturam à Britan-  
nis, sibi acquisiverint, vid. Boxhorn apolog. pro Nav. Holl. ad-  
versus Pontum Heuter: editioni Mariæ Liberi de ann. 1637. adje-  
cta, nec non Seld. de M. cl. 2, 21. Fritz. ad Strym. de J. M. p. 5. c.  
4. §. 10. p. 233. Locc. d. I. M. 1, 9, 4. Boxhorn. de tr. Mutui com-  
merc. cap. 14. p. m. 235. Mare belli Anglicani injustissime Belgis  
illati Helena Stephan. de Burman. p. m. 12. imprimis autem p.  
17. seqq. Hodie, cum & causa inter alia belli cruentissime gesti  
fuerit, lis decisa, ut Novellæ loquuntur, nempe Piscationem il-  
lam Batavis concessam, quamdiu Dux Arausionensis ipsiusque  
posteri, rebus sint præfuturi Belgicis. Contentio quæ inter Da-  
nos & Anglos circa Piscationem Islandicam & Norvvegican-  
intercesserit, videre est ap. Cambd. in histor. Elisab. Anno 1600  
seqq. Nec non Morisot. orbe Mar. 2, 18. Pontan. in discuss: hi-  
stor. contra Selden. M. s. l. ubi etiam aliæ elegantes occurrunt quæ-  
siones: uti quoq; hic laudari meretur, jocularare Dni. Morhofii car-



men, ad GENEROSISSIMUM DN. LESTHEN, de *Halecuim querela*. Quod autem *Grot. d. Mar. Liber. c. 5. p. m. 34.* exteris, jus piscandi ubique esse immune debere vult, ne mari servitus imponatur, quod tamen servire nescit, ipse postea mentem corrigi *in tr. de I. P. § B. 2, 2, §. qui etiam, 2, 3, 9. negat, ante Justinianum piscationem ad privatos spectasse, cum ante eum in usu fuisse, probatum det Strauch. de I. M. c. 8. §. 4.*

Huc jure merito refertur *VELORUM SUBMISSIO*, de cujus antiquitate *Lips. Elector. 1, 23. p. m. 613.* quæ partim fieri solet salutandi ergo, cujus moris exemplum præbet *Sleidan. hist. l. 22, p. 709.* & in Hollandis, *Steph. de Burman. in Maris Belli Angl. injustissime Belgis illati Helena. p. m. 7. seqq.* Quam rem etiam Navali prælio occasionem præbuisse, ibidem videre est, ex declaratione manifestaria. *pag. 33.* partim submissionem inquit. *vid. Stypm. part. 5. c. 1 §. 21. Pufend. de I. N. § G 4, 5, 8. p. m. 486. Scriptor. anonym. Dianæ, 4, §. p. 415. seqq.* quæ quandoque itidem bello causam dedit, uti & inter causas recensetur in bello Anglicano Hollandico, sub Cromvelio gesto, alia suggerit exempla *Locc. de J. Mar. 1, 4, 10. pag. 47. seqq.*

Pertinent huc quoque *ANGARIÆ*, quæ vox Persica notante *Brissonio de Regn. Persar. lib. 1. p. m. 147.* qua de re *vid. Salmaf. de Fanor. Trapez. l. 2. p. 276. l. 4. §. 1. ff. de privil. veteran. l. 7. C. de Fabricens. Aschaffenb. Cons. pro Erar. cl. 6. c. 26. O 568. p. 256. il. cl. 18. c. 20. O. 1382. p. 808.* quarum definitionem tradit. *Loccen. de J. Mar. l. 5, 3.* Imponi autem jure Majestatis sive vere ob necessitatem & utilitatem publicam, à quibus nemo immunis. *Peck. de Re Naut. ad tit. 3. lib. 11. C. ibique Vinn p. 387.* Sunt autem Naves quæ Angariantur, vel subditorum, vel exterorum: quin autem utriusque generis, exigente necessitate Angariari queant, omni caret dubio, ita tamen, ut exteri sui laboris & officii digna capeant præmia, *Seld. de M. cl. 2, 20. in fine p. 432. Stypm. de J. M. part. 5. cap. 1. §. 23. p. 331.* Jure scil. imperii *Ziegler. ad Grot. 2, 2, 10. p. 232.* Ubi tamen de extraneis dubitatem *vid. Hennig. ad Grot. p. m. 376.* In Svecia coronam solere iis navibus imponi, notius est, quam ut hic repetatur. *vid. Strauch. de J. M. c. 6. §. 2. seqq.*

Progre-

Progredimur ad NAVIGAT. PROHIBITIONEM, de qua Stracha de Mercat. Tit. de Navig. 2, 6, & 7. p. m. 277. Grot. de J. P. & B. 2, 3, 5. ibique Ziegler. Ab autoribus proin recte probari videmus, factum Elisabethæ Angliæ Reginæ, Respubl. quæ annonam & arma Hispano hosti suo advehebant, transitu per mare prohibentis, quamvis Grot. 2, 3, 12. in negativam cat sententiam. Multo autem minus simpliciter & sine grano salis admitti poterunt, quæ Graswinckel. in strictur. in Feld. p. 106. tradit, verè scil. qui transitu arcet, dare bello causam, cum & ipse Grot. 2, 3, 13. certam admittat limitationem, quamvis videatur habere ad stipulantem Robert. Scharok. de offic. secund. jus Naturæ. pag. 436. Recte proin prohiberi Navigatio poterit, ita ut transituro opus venia sit, nec transitus negatus, legitimè possit vindicari. vid. Pufend. Jurispr. Elem. 1, 5, 6. Ziegler. ad Grot. 2, 3, 13. pag. 233. Seld. M. cl. 1. 20 pag. 158. Osland ad Grot. 2, 2, 13. p. 678. & 68. Hennig ad Grot. d. l. p. 376 & quæ nuper in disput. Inaugural. de Via à DN. HERMANNO Siebrand cap. 3. th. 6. seqq. disceptata.

VECTIGALIS itidem SOLUTIO, PÆDAGII nomine quæ venit de J. Canon. huc ponenda, quam etiam ad Regalia referunt Politici & Majestatis scriptores; hinc à nemine nisi majestate institui poterit. vid. l. 3. c. vectigal nov. instit non posse. l. 10. ff. de publ. & vect. DD. ad Auream Bullam cap. 11 R. I. de Anno 1676. M. Faust. ab Aschaff. Conf. pro Erar. cl. 4 c. 267. O. 438. p. 166 quo de passim Publicità. Solent autem pendii vectigalia propter navigandi securitatem. Quare, inquit, Grot. 2, 3, 14. nec contra jus naturæ, nec Gentium faciet, qui recepto in se onere, tuendæ navigationis, juvandæque per ignes nocturnos, & brevium signa, vectigal æquum imposuerit navigantibus. Quod tenentur solvere omnes, qui non gaudent immunitate, quales e. g. Princeps, Fiscus, Nobilitas, per l. 6. pr. ff. de vectig. Legat. l. 8. C. de vectig. Studiosi Autent. habita. C. ne fil. pro patr. vid. Rul. de commiss. part. 4. c. 5. n. 28. & 35. R. J. de Ann. 1500 § it. Solein Churfürst de Ann. 1521. § it. Sol ein Churfürst 39. O. Cam. part. 1. tit. 49. princ. Sic etiam res quædam exemptæ v. g. exercitui paratæ l. 9. ff. §. 7. de public. Res fisci diff. leg.

leg. vid. *Stypm. part. 2. cap. 4. num. 246. Rosenthalc. § concl.*  
 47. Ratione autem vectigalis non soluti, res in commissum cade-  
 re solent, qua de re passim DD. imprimis *Disputat;* dua hac de  
 re, altera Heidelbergæ, altera *Argenoratii*, ante aliquot annos  
*habita*, ubi directa fronte inter se pugnant, quod SERENISS.  
 Heidelberg. Elector, navi quadam in Rheno detenta,  
 quod nauta quasdam res subticuisset, omniaq; venalia exposuerit.  
 Jus Lubecense circa neglectum vectigal quid constituerit, vide-  
 re est. *Sett. 44 ubi Dn. Doct. Iohan. Siebrand.* impium prorsus &  
 inhumanum censet, ob neglectum vectigal, omnia bona in com-  
 missum rapere, in *Comment. urb. Lubec. jur. Publ. pag. 382.*  
 Haud incongrue etiam hic moveri quæstio posset. *Possitne ve-*  
*ctigal erigi etiam in alieno territorio?* Quod quin per pacta fie-  
 ri possit nullum est dubium, testaturq; exemplum Potentissimi  
 Electoris Brandenburgici.

Proximè huic accedit *EUS PORTUS*, à Portando. *Isidor.*  
*Hispal. Episcop. orig. 14, 8. col. 1182.* dictū Qua de *Marq. de Jur. Mer-*  
*cat. 3, 4, 5. seqq.* consulendus; itidemque ad jura Majestatis &  
 Regalia pertinet. *Capoll. de S. P. R. c. 28. p. 615. num. 2. Max. Faust. ab*  
*Aschaff. Conf. pro Arar. cl. 6. c. 16. O. 558. p. 232. & cl. 10. c. 33. O.*  
*798. p. 495. it. cl. 16. c. 145. O. 1240. p. 715. Tholof. de Republ. 9.*  
*1, 27. p. 352. Rosentb. de Feud. c. 5. concl. 31. aliiq; FF. Godd. it. &*  
*Brech. ad l. 17. ff. de V. S. Arnif. de R. Maj. 2, 5, 3.* Est autem *se-*  
*sundum l. 59. de V. S. portus*, conclusus locus, quo importantur  
 merces & exportantur, *vid. l. 1. ff. §. 13. de flum.* Hinc Princeps  
 & quævis Respubl. libera, ingredientibus & egressis, securita-  
 tem à concussione l. damno præstare tenentur. *l. unic. C. de*  
*lit. S. itin. custod. R. I. de Ann. 1559. §. Damit denn die Obrigkeit*  
*34.* tenenturque resarcire damnum à prædonibus datum. *Gail.*  
*obs. 2, 64. Rosentb. de Feud. cap. 5. concl. 22.* Pretium inde quod  
 datur *Portorii* nomine venit, Estque Pecunia, quæ Fisco l. Reip.  
 penditur ex Mercibus aut venalitiis, huic quæ subjacent oneri.  
*Loecen de I. Mar. 1, 8, 6. Prefectus portus* dicitur, qui in naves, unde  
 deveniant, quid vehant quove tendant, ad quem spectent, & si-  
 milia inquirat; is etiam literas exigit comeat; à quo tamen na-  
 ves privilegiate exemptæ. *Peckius in tit. C. de Navicular. ibiq;*  
*Vin.*

*Vin. p. m.* 378. An vero hostiles naves persequenti, alicum portum ingred. liceat? disceptatur à DD. legi hac de re meretur disfert. à DN. PRÆSIDE sub PRÆSIDIO M. Bæcleri. Argentorati Ann. 1660. de quiete in turbis habita pag. 10. Alii distinctione rem tolli posse existimant. *Strauch. de I. M. cap. 6. §. 9.* Finem, usum, & privilegia portuum, designat *Loccen. de I. Mar. 1, 8, 4.* qui etiam §. 9. errore viz, vi, aut tempestate in alienum portum actos, tutum ibi receptum & egressum jure Gentium habere demonstrat, nisi hostes sint aut Pirata; quos inibi certo modo persequi, etiam alieni territorii hominibus licet.

De IURE STAPULÆ, cujus verbi significationem. *Salmaf. Obs. ad jus attic. cap. 5. p. 172.* examinat, cum & huc pertineat panca attingemus. Est autem nihil aliud, quam potestas sistendi in suo foro, restringendique merces, speciali Emporii beneficio, certis civitatibus competens, definitore *Loccen. de I. Mar. 1, 10, 3.* Itidemq; ad Jura Majestatis & Regalia refertur, uti est videre ap. *Sixtin. de Regal. cap. 5. n. 29. Guicciard. descript. Belg. p. 271. in descript. Urb. Dordraci. Klock. de contribut. 1, 272.* quiq; eundem fideliter, suppresso nomine exscripsit. *Maximil. Faust. ab Aschaffenh. consil pro arar. cl. 4. conf. 255. O. 406. & class. 17. conf. 66. ordin. 1340. p. 783. Lehm: Chronic. Spir. 4, 22. Klock. de arar. 2, 16. Stypm. part. 5. c. 2. Besold. Thes. Practic. & Speidel. Notab. jurid. Histor. Polit. nec non Wehner. observ. pract. voce Staffei Berechtigtheit. Stämmler. de reserv. Imper. §. 61. p. m. 202. Limn. I. P. 2, 9, 130. inq; Addit.* Quin autem itidem competat Liberis Rebus publ. civitatibusq; imperialibus liberis, vi superioritatis territorialis, omni putamus carere dubio.

Referunt huc etiam IUS PILAS IN MARI JACIENDI l. 3 §. 1. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 17. ff. de sum. it. Signorum positiones, qualia *Rapen & Waten* quorum icones, depinxit *Stypm. de I. M. part. 3. c. 10. §. 47. seqq. p. m. 465.* uti & *Ancoragii jus* live Ancoras jaciendi, quod definit *Fritz. ad Stypm. de I. Mar. part. 5. c. 2. §. 14. seqq.* jus jaciendi Ancoras in alterius littoribus; cum illas absq; consensu superioris & concessione, alterius littoribus injicere non liceat. *cap. unic. qua sint Regal. Bodin. de Republ. 1, 10.*

p. 271. quodq; non nimium esse extendendum idem *Stypm.* monet. *part. 2. c. 4. §. 186. p. 271.* Solet quoque hujus rei gratia *Anchoragium* solvere is, qui errore viæ, vi, metu, aliave de causa portum petiit. *Strauch de Imper. Mar. cap. 7. §. 2. Stypm. de Iur. Mar. part. 5. c. 2. n. 16. Bœcler. ad Grot. 2, 2. 15. pag. 81.* Spectat huc etiam, *Ills Naves exploratorias mittendi, Aufleger Schiff.* Maris securitatem explorantes tutantesq; *R. I. de Ann. 1548. §. 20. & 1559. §. 23. woferne aber Gail. Obs. 2, 64, 2. Myns. 5, 30. Denays tit. 213. §. 7. cui coheret jus indagandi, conquerendi, persequendiq; homines, maris quietem turbantes. Maxim. Faust. ab Ajschaff. Consil. pro arar. c. 262. p. 154. cl. 4. ord. 413. quo jure etiam gaudere vult. Crantz. Vandal. 10, 27. Civitates Anticas.*

**JUS NAUFRAGIORUM** quoque ad hanc spectare classem, nemo dubitat; quando sc. bona naufragorum, quibusdam in locis fisco addici solent, quo de *Locc. de J. Mar. 1, 7, 8.* quamvis per integrum istud caput, quæ ad hanc materiam facere videntur exposuerit; quod de Gallis affirmat *Arnif. de J. Maj. 3, 6, 19. pag. 59, 8. seqq.* de Anglis etiam, Neapolitanis, Siculis & aliis populis. *Bodin. de Republ. l. 1. c. 10. p. 271. Seld. de M. cl. 1. 25. aliique.* Quem morem merito improbat laudatus *Locc. d. l. §. 9. Grot. de I. P. & B. 2, 7, 1.* ubi in adnotatis notari meretur *ἀνάγκη* ipsius *μνημονίων*, quando vult, Bodinum morem istum adprobasse Barbarum: Forte inductus exemplo **HENRICI II.** Gallorum Regis, per Magistrum Equitum Annam Mommorantium, qui respondisse Legato Cæsaris fertur, quæ ad littus fuissent ejecta, Gentium omnium jure, ad Principes, qui littoribus imperant, pertinere: in quo eundem infervisse hypothesi, quis non videt: nec ipse probat *Bodin. d. l.* Improbatur quoque tam jure civil. Romano, quam constit. Imper. uti apparet ex *l. 1. C. de naufrag. ibique Brunnem. authentic. Navigia, C. de furt. C. C. C. Art. 219.* De jur. Canon, ipso facto sunt excommunicati, *capitul. Excommunic. de Raptor. Max. Faust. ab Ajschaffenb. conf. pro arar. cl. 4. conf. 19. Ord. 70 p. 52 & 6, 15, 557. p. 232. nec non 20, 51, 1575. p. 927. Gail. obs. 1, 18. vid. Stypm. de I. M. part. 5. cap. 5. Horn in Polit. Archie. 2, 3, 9, 26. seqq. p. 318. vid. insuper DD. ad §. 47. Instit. de R. D. quate nec de jure civili,*

li, tales res ufucapiuntur, l. 21. §. 1. *seqq. de acquir. l. amitt. poss.*

Demū huc etiam refertur. *JUS REPRESSALIORUM* five ut *Grot. de J. P. & B. 3, 2, 2. in annot.* legit reprehensio: um quam vocem pluribus explicandam suscepit. *Gerhard. Iob Voss. de vitis serm. 3, 42. Osiand. ad Grot. d. l. p. 1365. & Horn. de civit. 2, 12, 14. p. 593.* cum Hermolao Barbaro, Clarigationem sed minus recte, hanc pignorationem dici volunt, quod vult itidem *Bodin. de rep. 1, 10 p. 172. & 1, 6. p. 64.* alias *Navium arrestatio l. pignoratio Bud. in annot. posterior. in ff. p. 147.* quæ dari sive vit ob debitum aliis non redditum, aliasve ob causas, quibus de *Locc. de I. M. 3, 4, 3.* Quas non facile admittendas *idem §. seqq.* monet. Si tamen privati, vetita hosti advexerint, aut aliud quid illicitum commiserint adversus Principes, Respubl. aliaq; civitates, haud luere id debent. *id. §. 6.* ubi, qui culpa sua causam dedere, illos qui damnum passi, indemnes præstare tenentur. *Grot. de I. P. & B. 1, 3, 2, & 7, 4.* Quibus tamen non subsunt Legati, eorumq; res. *Grot. d. l.* Quamvis autem acerrimè hoc jus Repressaliorum impugnet *Ventur. de Valent. Partben. ligitios 2, 2, 30. seqq.* quo cum consentire videtur, *jus Canonicum cap. unic. de injur. in 6to. cui adstipulatur l. unic. C. ut null. ex vican. pro al. vic. deb. l. 4. C. de exsec. ibiq; Brunnem. absq; eo allegati. Nov. 52.* Mascule tamen defenditur à *Limn. jurispubl. 4, 8, 313. seqq. inq; Annot. Struv. de vindict. privat. c. 12. Anthon. Math. de Crim. tit. de illicit. pignorat. n. 3. Petrus Heig. part. 1. qv. 12. per tot Perez. C. ut nullus ex vicanis n. 6. Cothm. Conf. V. 2. c. 52. n. 341. seqq. & V. 3. c. 33. n. 119 seqq. mev. Discuss. Levam. inop. deb. c. 4. f. 1. §. 24. seqq. p. m. 179. Max. Faust. ab A-schaffenh. conf. pro arar. 228. c. 379. cl. 4. p. 138 Pufend. d. I. Nat. & G. 8, 6, 13. p. m. 1170 Osiand. ad Grot. 3, 2, 2. p. 1361. seqq. in utrâque partem disceptans.*

Ultimo hic etiam tractandum foret de *Animadversione delinquentium in Mari.* Verum cum instituti ratio, filum abrumperere jubeat, si cui salvia fuerit mota, adeat *Locc. de I. M. l. 2. c. 3.* ubi de piratis & integrum pene. l. 3. *Stypm. it part. 4. & 5. Peck. de Re Naval. ad eumq; Vinn. in ibiq; passim allegatos. Hieron. d. monte. de Finib. regund. c. 7. n. 9. seqq. Capoll. de S. P. R. c. 26. n. 20. seqq.* nobis enim impræsentiarum heic sunt

TERMINALIA.

*Nobilissimo atque Literatissimo*  
**DN. SCHERTLINGIO,**  
Amico atque Commensali suo  
honoratissimo.

**A**scendens pontum SCHERTLINGI tenuis  
aquarum  
Montes, quiq; fremunt immani murmure  
ventos.

Nil curans Euri, Boreæq; Notiq; furorem  
Audes Oceani regimen monstrare minacis  
Fortibus applaudo cœptis sint Numina prona  
Ausibus, atq; ferant ventistua vela secundis.

*Hicce paucis omnia fausta feliciq;  
animitus apprecatur*

David Cunitius, J. U. Stud.  
Rev. Liv.

**M**ultos castra juvant turbine Martio,  
Armati rabidi cum lubeunt neces,  
Qui quando imperium tutius obtinet  
Regnum, cum gremio Palladis est datum,  
Consecrare volunt artibus indolem.  
Ast illi indociles quærere gloriam

Ve-

Veram, Martis enim jugiter Ars fuit,  
Nec non est Dominus, continuoq; erit!  
Schertlingi calamo qui tibi dimicas,  
Mox vincesq; tibi, magnaq; præmia  
Deportans. aderis dulce decus Tuis,  
In primis geminis Te quoq; tollere  
Certabunt Patriæ limina honoribus.  
Ut fiat subito hoc ipse Tibi precor.

Georg Ploën. Colbergensis,  
LL. Stud.

~~~~~  
Debus beziehet den Pindus mit Kränken/  
Die Musen erzeigen sich lustig mit Singen/  
Und fama wird eiligst nach Büstrotz hin bringen/  
Löblich/ Herr Schertlings sein frühes Beginnen/  
Welches anzeiget sein stetes Nachsinnen/  
Endlich des Vaters Abgang zu ergänzen.

Dieses entwurff eiligst/

Friedrich Kröchel/  
Huso-Hollatus LL. St.



*Nobilissimo atq; Pereximio*  
**DN. RESPONDENTI,**  
Amico, ac Commensali suo  
suavissimo,

**Q**uanta P A T R I S fuerit virtus, doctrinaq;  
quanta,  
Scis, S C H E R T L I N G E, fatis; D U X scit, &  
A U L A fatis.


Tunè fores, O A M I C E ! minor, vel vilior isto?  
Tunè fores generi non bona fama tuo?  
Non eris : Imò P A T R E M referes virtutibus olim;  
Quarum jam R O S E Æ das documenta S C H O -  
L Æ.


Gratulor inceptum : faveat D E U S ipse labori,  
Hisq; tuis studiis dicat agatq; , benè.


*Amoris ac benevolentia gratiâ  
Imq; scribit :*

**Henricus Engenhageni**  
Henric. Fil. Lub. LL. Stud.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746687389/phys\\_0036](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746687389/phys_0036)

DFG



NGERVS g) elegantem dixerint BARTOLI b) compa-  
inter militiam humanam et diuinam, tempo-  
bellum inter Deum & homines esse, fingentis;  
men haud alienum est, imminens mortis peri-  
otissimum in causa esse, cur hoc aequae, ac mi-  
tamentum, tot testium, quot ad testamentum  
necessarii sunt, conuocatione haud indigeat,  
anto difficiliore, quanto magis homines, ne  
ereant contagio, vel aufugere ex loco infecto,  
n domos conspectumque morbo correptorum  
itare. Quum itaque hic quoque numerus te-  
tarius non ad formam et constitutionem testa-  
ed ad probationem solummodo adesse debeat,  
est dubium, quin heres, si ipse interfuerit te-  
tationi, ad iuramentum suppletorium possit  
).

### §. XXIX.

#### TESTAMENTA IN FAVOREM PIARVM CAVSSA- RVM FACTA.

que ius pontificium magnum fauorem, quem  
piis causis tribuit, eo etiam extendit, vt, si  
quan-

cit.

n. n. i. ff. de *bonor. poss.*  
*milit.*

rarariam hic iterum par-  
etiam CARPZOVIVS L.  
tuitus est, abire, ean-  
tationem, adductis

simul c. ii. X. de *Testam.* et c. 28. X.  
de *Testibus*, videmus Ill. LEYSERVM  
Sp. 368. m. 4. Sed nostrae senten-  
tiae sicuti textus allati non aduer-  
santur; ita ei fauent, praeter RICH-  
TERVM Dec. 28. n. 28. et VIRGIL.  
PIN-

II